ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 161v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



cui deuoti famulem. Nemo quidem preter opem beate dei
genitricis semperque uirginis marie piissime domine nostre
liberatur ab inferno. sed per ceteris uidetur miraculis de condempnata
anima ista liberatio. Sit ergo laus ei. sit gloria filio eius. cum quo
pia illa regina regnat in celo amen. De quodam languido.

Cui usdam fratris relatione cognoui miraculum quod nar
ro. Referebat enim se hoc audisse a quodam presbitero
uenerabili meritomensis cenobii canonico. Qui
idem presbiter hoc in ecclesia gloriose matris domini gestum esse testa
batur. dum ille adhuc in seculari habitu positus. curam patri
arche administraret. Erat quidam teutonicus genere quidem
clarus. sed ab inferiori parte corporis adeo contractus. quod
non nisi cruretenus se ipsum per terram traicere poterat. qua de
re suorum non ferens aspectum. quibus ut fieri solet. et oneri
erat et despectui. Hac quippe lue fere totum genus hu
manum infectum est. quod quilibet cari postquam inuali
tudinem grauem incurrerunt. sepe in odium ueniunt.
atque fastidium. Cepit autem homo ille semetipsum cum
labore maximo traiciendo diuersa loca sanctorum pa
grare. si forte misericors et miserator dominus alicui
sancti meritis sui misereri. seque sanitati restituere
dignaretur. Reuelatum est autem ei quod si mare transiret
et in angliam ueniret. absque dubio in ecclesia genitricis
dei marie sanitatem recepturus esset. Qui licet tale
iter graue sibi ualde atque laboriosum fore conspiceret.
que pro adipiscenda salute grauissimum plerumque
facit subire laborem. quesiuit ut pote id quatenus
in angliam ueniret. Sed quomodo ubi gratiam curationis con
secuturus esset. certus locus ei designatus non fuerat. quamquam